

2980 tabula lapidis Tiburtini. Praeneste rep. anno 1778 *nel sito dell' antico foro* [cf. ad n. 2934] PETR. Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Gall. lap. Dii I*).

C · CAESIVS · M · F  
 C · FLAVIVS · L · F ·  
 DVOVIR · QVINQ  
 AEDEM · ET · PORTIC  
 5 D · D · S · FAC · COER  
 EIDEMQ · PROB ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I n. 1140 et in tabula Ritscheliana 93 v. Petrini p. 330 n. 18; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 23 et 47, cod. 7 f. 76; Marini ms. Vat. 9127 f. 268, Arv. p. 62. Garrucci syll. n. 1492, qui dicit se descripsisse.

Haec primis annis coloniae Sullanae videtur esse attribuenda. — Caesii in inscriptionibus antiquioribus Praenestinis adhuc nulli reperti sunt, complures reperiuntur in inscriptionibus aetatis imperatorum.

2981 Praeneste in S. Petri SVAR., in basilica Castri Praenestini PENN., *nella chiesa di S. Pietro del Monte* PETR. Praeneste in palatio Principis MAR. Nunc frustulum ex v. 4—7 extat Praeneste in aedibus Sbardella.

VENANDI · STVDIO<sup>SO</sup>  
 TI · CLAVDIO · NICOSTRATO  
 IIII VIR · AVG · QVINQ · PERPETVO  
 COLLE<sup>G</sup> · FABR · PRAENESTINOR  
 5 ANNEIA · PROCILLA · COIVX ET  
 CLAVDII · NICEPHORI ANVS  
 PROCVLVS · ET · ANNEIANVS  
 FIL

Suaresius Praen. p. 88 (inde Vulpi 9 p. 179; Mur. 519, 4); Pennazza ms.; Ceconi p. 36; Petrini p. 319 n. 15; Marini Vat. 9130 f. 225. Frustulum quod lineis circumscripsi v. 4—7 nuper descripsit Stevenson.

Quae inclinatis dedi, non viderunt Ceconi et Marini; nec magis ea vidit Petrini, licet ea exhibens in textu supplementis non distinctis; servaverunt igitur soli Suaresius et Pennazza, vel potius solus ille, nam Pennazza potest eum adhibuisse. — Vv. divisionem neglexit Pennazza. — 1 STVDioso, 2 NICOSTrato Cecc. — 3 QVINQVE Penn. — 4 PRAENEST Penn., PRAENESTinorum Cecc. — 5 ANNIA Suar. Penn. — PROCILLA Cecc., — COIVX Mar., CONIUX Cecc., CONIVX Suar. Penn. Petr. — 6 NICEPHORIR Mar. — 7 ANNEIANus Cecc. — 8 habent Suar. Pennazz., om. reliqui.

In parte aversa fragmenti quod hodie extat

ENAN

legi auctor est Stevenson. — Priores auctores ad partem aversam tabulae non videntur adtendisse.

2982 duo fragmenta eiusdem tabulae marmoreae, ut conieci ipse, confirmavit ectypis conlatis Gattius; alterum (a) extat Praeneste *casa Bernardini*; repertum esse *in una vigna presso l' antico foro Prenestino Vinc.* Cicerchia narravit Alphonsus Bernardini; — b Praeneste ad me dono attulit vir praestantissimus Thierschius AMAT.; nunc extat Romae in horto aedium Camuccini (*via della Maschera d' Oro n. 21*).

a  
 SEX · DECIM  
 MAGISTR  
 M · RAECIVS · M  
 L · VOLVMNIVS  
 5 L · ANNVS · L · L · DI  
 M · ALFIVS · DV

b  
 ICI · II · VIR  
 MINIST  
 ANTHVS · MVSSETI  
 POTVS · MARCI  
 IVS · BRITIAE  
 · DOMITI

a descripsimus ego et Stevenson. Ad ectypum missum a Vinc. Cicerchia edita est *notizie degli scavi* 1883 p. 19.

b descripsit Bormann, recognovit Gatti ea quae dantur litteris rectis. Paulo plenior habet Amati ms. Vat. 9742 f. 23.

2986 Praeneste AKERBL. — Locum non indicat VISC.

... qEMINIVS · L · F · C · D ...  
 ... qVADRIGA · FACIVN ...

E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 23; Akerblad descripsit et communicavit cum Amatio, inter cuius schedas Vaticanas reperimus scriptam in folio solitario una cum n. 2859 et 3002; ab Amatio Borghesi, qui misit Labusio d. 4 Iul. 1817.

1 fin. C·D] D·I..., 2 fin. FACIV.. Visc.

2983 Praeneste in pavimento ecclesiae cathedralis VAT. 9140.

DINDIVS C f.  
 FACIVND

Servavit manus mihi ignota cod. Barb. 29, 148 et apud Suaresium Vat. 9140 f. 257'.

Praecedunt tam in codice Barb. quam apud Suaresium versibus tribus litterae vel potius litterarum contignationes informes, quae videntur pertinere ad inscriptionem aliquam medii aevi.

2984 a (Praeneste) in aedibus Agapiti Colotii SVAR.; *nel palazzo baronale* CECC. p. 102, MAR. Nunc desideratur. — b et c extant in aedibus olim Petrini. — Omnia fragmenta reperta esse *nella contrada di Quadrelle* ait CECC., ubi ea coniuncta exhibet, p. 81; quod exiguae auctoritatis est, cum fragmentum a multo ante Ceconium in oppidum Praenestinum adlatum sit, potest tamen verum esse. — Coniungit Ceconius p. 81 cum hac inscriptione (vel certe ita ad eam adiungit, ut fragmentum eiusdem inscriptionis) fragmentum editum infra n. 3016, sed errore ut puto; nam litterae inscriptionis n. 3016 aetatem antiquiorem referunt quam partes superstites (b et c) huius n. 2984.

a b c  
 C · FLAVIVS · C · F · FI  
 FACIE NDAM  
 SCRIBERETVR

Haec omnia exhibet Ceconi p. 81 (inde Petrini p. 332 n. 23). Particulam a exhibent Suaresius Vat. 9140 f. 261 manu aliena; Ceconi p. 102; Marini ms. Vat. 9096 f. 3 de visu; a prioribus de Rossi inscr. christ. 1 n. 773. Particulas b et c descripsi ego post de Rossium.

In parte aversa extabat fragmentum tituli aetatis labentis editi infra p. 349. (3421)

2985 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in agro Praenestino *presso Colle Doddo* CECC. Nunc pars extat Praeneste apud Sbardellam.

Q · FLAVIVS ...  
 MAGISTER ...  
 PLAETORIA ...  
 Q · FLAVIVS · Q ...

Descripsit Dressel ea quae supersunt. Pleniorrem Ceconi p. 66 (inde Petrini p. 357 n. 9).